



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Practica Cancellariae Apostolicae Cvm Stilo Et Formis In Romana Cvria Vsitatis

Paulus, Hieronymus

Venetiis, 1572

Notabilia de expectatiuis, & alijs literas gratiae concernentibus, excerpta
ex notulis Antonij de Corthesiis, & aliorum Abbreuiatorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10350

in ca. ij. de nou oper nunciat & c. qui scādalizauit de reg. iur. cū tota materia de scandalo. & faciunt optimè ad hoc not. per Abb. Sicul. in c. officii de pœnit & remis. Et videmus q̄ Cancellaria in excōicationibus generalibus in forma, significauit, pro furtis, vel occultè detētis, cautè ponit iniquitatis filios detētore, & temerè ac malitiosè occultātes, vel nequiter detinentes, nō ergo intēdit ligare eos qui nō iniquè, vel temerè non reuelant, sed ex iustis causis, puta superius expressi, abstinēt à reuelando: maximè cū excōicatio non extendatur in personas vltra tacitā vel præsumptā voluntatē excōicatoris. vt not. doct in c. ex parte. el j de offic deleg. & faciunt not in c. j. & gen de offic de leg. & c. j. de iudic. & l si cui de seruit sed excōicator hic cēsetur huiusmodi personas tacitè eximere, & si non faceret, sententia esset iniqua, quæ in foro conscientia non esset timenda ij quæst. iij. §. ex his & idem crederē vbi ex alia iusta causa, in ratione naturali fundata, non tenetur reuelare, vt pote filius patrem furē, vel econtra. Et fortè idē posset dici in omni casu, vbi quis non posset cogi ad testificandū expressè, quia multominus ad iudicandū vel reuelādum. Et satisfaceretur ad hoc not p̄ Archid. xxij q. ij. §. itē, & non per doct in c. j. de testi cog. & per Abb. Sicul. in c. cū super. de cōfess & alios in c. ij de maior. & obed & in c. quisquis. ij. q. iij. & c. qui resistit. & faciunt not. in c. qualiter & quando in vtroque. de accusat & per optimè text. vj. q. j. si omnia. & c. oues. & c. cū ex merito. & not per Innoc. cap. j. de scrut. in ordin. faci. Non tamen propterea negarem, quin posset habere locum materia denunciationis Euangelicæ fiendē per hunc scientem illum furem, seruatis loco, & tempore, & debita forma. ad hoc d. capitu. plerunque. & xxiiij q. ij. tam sacerdos.

Notabilia de expectatiuis, & alijs literas gratiæ concernentibus, excerpta ex notulis Antonij de Corthesis, & aliorum Abbreviatorum.

P Rincipium gratiarū expectatiuarum est scire, an partes impetrantes sint præsentes in Curia, an non. Et si sunt

sunt presentes, debent examinari, nisi forte graduati vel officiales Papae fuerint, vel gratia fiat motu proprio, vel pro commenda, vel pensione, & pro presentibus examinatis graduatis officialibus, & habentibus motu proprio, datur duae literae, vna gratiosa, & alia executoria. Absentibus vero datur vna litera in forma, dignum.

Item presentes in Curia impetrantes, habent in literis Apostolicis vite, ac morum honestas & cet. vel literarum scientia, aut nobilitas generis, seu religionis zelus &c. secundum qualitatem eorum Absentibus vero datur indifferenter in forma, dignum & ce Nisi esset doctor, vel officialis, aut motu proprio: quia licet sint absentes, datur duae literae tanquam presentibus, quia non examinatur. Et similiter non examinantur quando beneficia non dantur in titulum, vt in commendis & pensionibus.

Nota, qd licet quis tempore date non fuerit praesens, si tamen est praesens tempore expeditionis, debet dari litera tanquam pro praesente. Item si tempore datae, vel expeditionis fuerit absens, dummodo aliquo tempore fuerit praesens, & examinatus, datur tanquam pro praesente.

Item nota, qd in expectatiuis in clausula, aut si hodie pro alio vel alijs &c. debet exprimi collatio eius, ad quam datur beneficium, nisi haberetur in genere ad cuiuscunque collationem, quia tunc diceretur in fine illius clausulae, de similibus beneficiis praedictae diocesis tacito de collatione, vt libr. B fol xxii.

Item nota, quod quando dicitur ratione dignitatum, personatum, administrationum, vel officiorum, debet se qui, quos, quas, seu quae in illis obtinent secus si dicitur administrationum, & officiorum, quia tunc sufficit dicere, quae in illis obtinet.

Item nota, non debet dici electionem, nisi quando ponitur, etiam si consueuerit quis per electionem assumi.

Item, quod quando creatur canonicus in Ecclesiis collegiatis, inhiberi debet Episcopo, & aliarum Ecclesiarum Capitulis, secus si non creatur Canonicus in dictis Collegiatis, quia tunc solum inhibetur Capitulis.

Item nota, quod quando in gratia expectatiua non datur

Electio-

nem.

Inhibitio

Statutis

tur

tur aliquod beneficium in cathedrali, vet collegiata, tunc in non obstantiis, non fit mentio de statutis.

Clausula Item nota, quòd qñ creatur canonicus, & reseruat di
volumus gnitas, personatus, administratio, vel officiũ curatũ, & da-
aut &c. tur aliud curatum, in fine ponitur clausula restrictiua, Vo-
vide fol. lumus aut, quòd quàm primũ in vigore presentium digni-
ij. viij. li. tatem &c. Aliter non, vel nisi dispensetur ad compatibilia.
B. & fol. Item nota, quòd si secularis petit ad collationẽ Episco-
cxxij. eo. pi, & Capituli alicuius ordinis, dicitur sic, beneficium Eccle-
et fo. x. h. siasticum clericis secularibus assignari solitum, & non po-
Secula- nitur clausula, dum modo canonicatus, & prebenda Eccle-
ris ad re się Cathedralis existat.

gulare. Item nota, quòd in executoriis expectatiuarũ, corrector
In execu Anselmus cassauit consuetũ clericis secularibus assignari,
torias etiam si canonicatus &c. in collegiata, vel eidem cura im-
 mineat antmarum, tamen hodie est ad placitum.

Fol. xcvi. Item cassauit, per se, vel procuratorem suum ad id legi-
lib. B. timẽ constitutum infra vnus mensis spatium, postquam
 sibi &c. vsque ad conferenda.

Clericus. Item nota, quòd si in supplicatione gratię expectatiuę
 dicat, supplicat Ioannes Anto. Perusinus, & nõ dicitur cle-
 ricus, quod in minuta potest addi clericus: quia Papa intẽ-
 dit prouidere clericis, secus si esset secularis.

Item, si clericus francigena impetrat gratiam expectati-
 uam ad duas collationes, quarũ vna sit in Francia, & alia
Lib. Turo in Alemania, in valore debet dici, librarum Turonen par-
nẽ. parn. uorum, quę est moneta Francię, & non marcarum, quę
 est moneta Alemanię.

Item, si in gratia expectatiua datur ad minorem valorẽ
 quàm dicat regula, literę non sunt scribendę si pars non
 contẽtatur de minori valore & hoc intellige vsque ad ter-
 tiã partem valoris expressi, iuxta regulam Cancellarię
 Apostolicę.

Item nota, quòd in minuta semper potest addi, & gra-
 tia aggrauari, nõ autem impinguari vltra tenorem suppli-
 cationis. facit tex in l. veteribus ff. de pactis.

Item, quando datur gratia expectatiua pro graduato
 ad vnum beneficium, datur ad vnum cuiuscunq; taxę.

Sed

Sed si gratia expectatiua datur ad duo, ponitur taxa secundum regulas limitatas.

Item nota, quod nunquam datur perpetua administratio, nisi quando est petitum in supplicatione, & quando petitur, datur indifferenter, siue creetur canonicus, siue non: consuetudo tamen est, ponere quoniam creatur Canonicus, alias non. *Perpetua administratio.*

Item nota, quod quoniam datur gratia expectatiua ad vnum, vel duo, tunc ponitur collatio retrò, videlicet, ad venerabilis fratris nostri Episcopi, & dilectorum filiorum Capituli Amaen & Abbatis, ac conuentus monasterij &c. Sed quoniam creatur Canonicus, dat ad illud beneficium, tunc primò dicitur ad collationem &c. venerabilis fratris nostri &c.

Item nota, quod quando est in forma vnum vel duo, non obponitur non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis: quia expectatiua non debet dari nisi ad vnum beneficium. *Non obponitur non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis.*

Item nota, quod quando quis creatur Canonicus, vel habet ad vnum, vel duo, tunc dicitur, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis Secus si datur ad vnum beneficium duntaxat, quia tunc dicitur, non obstantibus quibuscunque statutis, & consuetudinibus &c. cum consuetudines, constitutiones, & ordinationes Apostolicæ tunc non obstant, nisi habeat alia beneficia.

Item nota, quod ad portiones datur gratia, quando in supplicatione petitum fuit. *Portiones.*

Item nota, quod nunquam datur ad preestimonialia patri monialia, quia sunt de iure patronatus laicorum. *Patrimonialia.*

Item nota, quod quando creatur Canonicus, & reseruat prebenda, tunc inhibetur solum Episcopo, & Capitulo, & non de Decano, Capitulo, Canonicis, & personis: quia solum ad Episcopum, & Capitulum pertinet collatio prebende. *Inhibitio.*

Item nota, quod quoniam quis creatur Canonicus cum reseruatione prebende, ac dignitatis &c. tunc ibi inducens dicitur corporalem possessionem prebende ac dignitatis &c. & non additur Canonicatus, & dicitur inducens &c. corporalem possessionem Canonicatus, & prebende &c. *Literæ speciales generales &c.*

Item nota, quod quoniam prouidetur de Canonicatu, & creatur Canonicus cum reseruatione prebende & dignitatis, & datur

datur gratia ad aliud beneficium, tunc dicitur, Aut si aliquid super prouisionibus sibi faciendis de canonicatibus & p̄bendis ipsius Ecclesiæ, ac huiusmodi speciales, vel aliis beneficiis Ecclesiasticis in aliis partibus generales. In forma verò vnū vel duo, d̄r speciales, vel generales. Quando verò creatur Canonicus in vna vel pluribus Ecclesiis, tunc dicitur de Canonicatibus, & p̄bendis, ac dignitatibus, personatibus, administrationibus, vel officiis earundem Ecclesiarū, vel ipsius Ecclesiæ speciales, vel aliis beneficiis & cæ generales. Ratio est, q̄a ponitur in fauorē impetrantis, quia illa clausula, & huiusmodi speciales, refertur & ponitur respectu illorum, habentium similem gratiam, quando ponitur speciales, vel generales, ponitur respectu aliorum habentium in forma, vnum vel duo.

*Inhibi-
tio.*

Item nota, quòd quando datur ad collationem duarū collegiatarum in forma, vnum vel duo, ibi districtius inhibendo, non dicitur, venerabili fratri nostro, quia datur tertia collatio, & hoc quando dicitur, vnum vel duo, secus si creatur Canonicus ad alteram.

*Per prio-
rem soli-
si guber-
nari.*

Item, q̄ clausula, per priorem soliti gubernari, non debet poni quando dicitur ad collationem dilectorum filiorum, prioris, & conuentus monasterii & c. quia fortassis vltra priorem est Abbas, sed bene ponitur in iudicibus, quia est necesse q̄ prior sit in dignitate monasterii constitutus.

*Deroga-
tio Statu-
torum de
optando.*

Nota, q̄ nunquam debet derogari statutis de optando in gratiis expectatiuis, et si habent signaturam in supplicatione, sed dēt dici, non obstantibus statutis & consuetudinibus, in quibus derogatur dictis statutis, vel datur indultū.

Quando datur gratia expectatiua ad collationē certā, vt Abbatis, & conuentus, clausula ibi, aut si hodie pro alio & c. debet repeti, dicta collatio ad collationem & c. Abbatum, & Conuentuum predictorum secus si non habet gratiam ad certam collationem, sed in genere ad collationē totius diocesis, quia tunc diceretur de similibus beneficiis predictę diocesis, non exprimendo in specie ad collationē alicuius. Et si exprimat, debet dici collationē ordinariorum. Sed si regularis petit gratiam expectatiuam ad collationem Abbatis alterius monasterii, vbi non est professus tantum

tantum debet dici clausula, vt ad illud monasterium, ad cuius collationem beneficium assequetur, transferatur. *Translatio.*

Quando conceditur gratia expectatiua alicui regulari, cum quo fuisset dispensatum, vt vnum beneficium obtinere posset, tunc effectus dicte dispensationis debet poni in principio literę, ibi existit, cui nos, dudū, vt quodcunq; &c. *Dispens. in regulari.*

Aliquando gratia expectatiua conceditur Prælato ad beneficia sibi commendata, & tunc debet poni clausula, & per te, vnà cum Ecclesia magna cui præesse dignosceris. *Expectatiua in Prælato.*

Si verò dantur dicta beneficia eidem Prælato in titulū, tunc in fine literę debet poni dispensatio, vt illa beneficia possit tenere vna cum episcopatu suo &c.

Sed si in primo casu Episcopus non habet possessionē Episcopatus Magūtinensis, tunc, quia debet dici, vt possit tenere illa beneficia vsquequo assequatur possessionem Episcopatus, vel aliter secundum formam supplicationis.

Aduerte, quando datur gratia expectatiua ad beneficia tantum, debet dici vt in formis, si verò datur ad hospitalia vel portiones, tunc debet præmitti in principio literę Cum itaque, sicut accepimus, in ciuitate & diocesi M. sint non nulla hospitalia, seu nonnullę perpetuę portiones. *Perpetuę portiones.*

Quando datur gratia expectatiua ad collationem Episcopi, & illi inhietur, potest poni executor vicarius, vel officialis suus, vt sol. *Executor*

De etate, puta q̄ in xx. anno, si fiat mentio in gratia expectatiua quod datur ad curatum, tunc in fine literę Apostolicę debet poni clausula, Ante q̄ de defectu etatis patris antedictum & postea debet sequi, q̄ sit in dicta etate constitutus & si ponitur, non debet dari gratia ad curatum beneficium, ex quo apparet, q̄ potest illud habere iure, vel habet dispensationem, vel si daretur, tunc deberet dici in illa clausula, aut si hodie pro alio duxerimus conferendū, nos enim tam iilas, quàm præsentis casu quo ad hoc q̄ postquam legitimè fueris etatis, ipsarum præsentium vigore literarum tibi de dignitate, personatu, &c. *Super etate. Dignitas non obtinenda, nisi per p̄bē datum.*

Nota q̄ si statutum, vel consuetudo, quod dignitas non possit teneri, nisi per Canonicum actu præbendatum, vel alia similia, tunc aut debet creari Canonicus cum resignatione

tionē

tionem præbendæ & prouideri de dignitate, aut debet derogari dictis statutis, ibi, non obstantibus &c. statutis, consuetudinibus, in illis præsertim quibus caueri dicitur &c. cæterisque contrariis. & in fine debet poni indultum ante decretum, videlicet, Et insuper eidem N. vt in Ecclesiis prædictis dignitatem huiusmodi, si sibi vigore presentium conferatur recipere &c. valeat quòd Canonicus actu præbendatus in illis non existat vt præfertur supradictis quoque statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrariis nequaquam obstantibus &c. indulgemus.

Volumus Clausula, quòd quàm primum, ponitur eò quando in *Ante &c.* duabus collationibus datur dignitas, personatus, administratio, vel officium curatum, & creatur Canonicus, aliter non.

Si habens gratiam in forma pauperum, impetret gratiam in speciali, debet ex tunc cassari prima litera in forma pauperum si verò impetraret beneficium vacans, tunc literæ prædictæ debent dici quòd sunt cassæ, postquam possessionem beneficii fuerit assecutus.

Inhibentes pro præsentem inhibendo pro absente.

Prima vice dum communiter vel diuisim in collationibus, postea in clausulis generalibus coniunctim vel diuisim separatim spectantibus

Quando quis creatur Canonicus cum reseruatione præbendæ, dignitatis, personatus, administrationis, vel officii, tunc si quæ, vel si qua Si verò creatur Canonicus in vna Ecclesia, dicitur ad aliud beneficium, tunc ponitur in neutro genere, & dicitur, si qua vacans ad præsens Et similiter in aliis, vbi debet repeti, & quas, quos, seu quæ tantum acceptandas, acceptandos, vel acceptanda, & similiter in aliis conferendis

Aduerte, quòd quando reseruatur dignitas &c. debet dici sic, ad dignitates, personatus, administrationes, vel officia, ita quòd ponatur vel officium, quia non debet stare, & officium. Sed postea ibi, etiam ratione dignitatum, personatum, administrationum, & officiorum, potest dici, & officiorum, & debet sequi tunc quæ in illis obtinēt In literis gratiosis incipitur, si non obstan. & postea dicitur, sed in

in executoriis incipitur, per se.

Quando creatur canonicus in duabus, vel in vna sola Ecclesia, & ad aliud beneficium, tunc non dicitur specialē gratiam facientes, sed in forma vnum, vel duo, dicitur *Specialē gratiā facere* semper specialem gratiā faciētes. & vide in char. se. verbo. *re volentes.*

Aduerte, quòd quando fit expectatiua in forma vnum vel duo &c. & dicitur, etiam si quodlibet eorum Canonica tus &c administratio vel officium fuerit. Et ad dignitatē administrationem, vel officium huiusmodi contueuerit quis per electionem assumi, debet dici, Eorum que alteri cura imminet animarum, & non, eique cura immineat animarum, quia refertur ad illud quodlibet.

Item, quando expectatiua dispensatur ad incompatibilia, & parochiales, debet narrari regula dispensationis, vide *Dispens. ad ij. in expe.* licet, quòd per quamcunque signaturam.

Nota, quòd quando quis non creatur Canonicus, nō potest in literis derogari statutis, de non recipiendo, nisi tibi *Derogatio stat. in. de non recipien-* do igno- biles.

Notabilia super vacantibus non reservatis.

GRatiam beneficii impetrans, non tenetur facere mentionem de qualitate ordinis annexorum in beneficio impetrato secundum Anto vt no Cal de rescrip in nostra. ver. tertio quarto nec etiam facere mentionem de titulo beneficii patrimonialis vt ibi not. Inno ver. seq. De primo dicto tex. in c. ei cui. de præben. in vi. & ibi hoc no. Ioā. And super verbo quod possit in nouella.

Gratiam beneficii collegiati vel cōuentualis impetrās, si hoc exprimit quòd sit collegiatum, vel conuentuale, nō tenetur aliter facere mentionem de cura, etiam si habet curam parochialem extra collegium, vel conuentum, nisi essent duæ Ecclesie separatae, scilicet, collegiata, vel parochialis simul iunctæ & vnitæ, ita quòd vna non sit alteri annexa, nec ei subsit, not. Lap. in capitu cūm in illis. de præbend. in vi.

Gratia